

TAS SUPERRATIONALIS omnes in homine vires tum naturæ, tum gratiæ, per Verbum & Sacra menta excitatas, longissime excedit. VOX SPIRITUS SANCTI lenis, tranquilla & submissa, Verbo Dei revelato opposita, lenis auræ sibilus, in orationum, cum mentalium, tum verbalium officia sese diffundit. Wesenheit des Dreieinigen Gottes / durch welche alles lingui ret sverde / dum sonans Böhmi starum άνθρωπον. Similiter in homine tradunt inveniri lucem essentialēm, & caliginem essentialēm; utramque a duobus istis principiis, bono & malo, dependere. Quæ sunt tam priscorum, quam recentiorum, Enthusiastarum ideæ. Nihilosecius Hoburgianus acy rologismus est, quo Wesen und Wissen ex immediatæ revelationis genio explicari consueverunt.

## X. Y. Z.

*Ευγεστασμὸν* harmonicum ab unctione derivant, rati, nullam Deo placere Musicam, nisi cantum illum internum, qui ab hac unctione proveniat, ac vel membrorum externorum motum efficiat, uti in Trementibus Quakeris cernatur, vel interius in anima perficiatur. Hinc oriri opinantur die Eingestung/ Entgröbung/Studierung/Langetweil / quorum & similiūm aetuum fanaticorum ratione sese mutuo statim agnoscant hi fratres ad primum illico aspetum, quantumvis antea ne quidem de facie notos. Sic nimirum Τὸ ἐν πνεύμα συναρμολογίμενον perverse interpretari audent.

Ὑπερθεολογία & υπερκατάληψις Apex mentis Platonicus, Illuminatorum πεπτῶν ψεῦδος est, hactenus a nobis saepius taxatum, supereminens nempe contemplatio, außer und über den Glauben ein anderes Empfinden geistlicher Dinge. Unde tot hyperbiblicæ imaginationes ac devotiones omnium seductorum, & errorum fanaticorum, ad instar clibani ardantium, & Christum cum tot gemitis inanibus extra Christum querentium, dum eundem extra Verbum querunt, sibiique connatum atque ingenitum arbitrantur, & Verbum Dei deserendo proprias sequuntur spiritualitates. Unde tot seductores, in humilitate & religione Angelorum ambulantes, Coloss. II, 18, 19.

ZELUS